

18.)

1978

N

33







AVXILIVM DEL PATRIBVS PATRÆ  
COOPERETVI VSQVE. SENATVS VIVAT!

Votum Devotum:

*circa delatos,*

*Liberà Splendidiſſimi Ordinis Senatorii Electione,*

**FASCES CONSVLARES,**

**V I R O**

*Præ-Nobiliſſimo, Ampliſſimo, atque Conſultiſſimo,*

**DOMINO**  
**MATTHÆO**  
**HENNICKY,**  
**CONS. DE REPVB. PATRIA**  
**MERITISSIMO,**

**LITERATORVM MÆCENATI,**

*Patris vice ſanctè mihi ſuſpiciendo:*

*Ipsà ſuſcepti Regiminis Luce*

*XXIX. Jan. MDCCXI.*

*Quam ut feliciffimam DEVS faxit,*  
*accenſis præcum & ſuſpiriorum thuribus,*

*animarum oblatum*

*ſtylo tenui*

*Cultoris & Cientiſ humillimi;*

*Cæleſtini Amandi Printz,*

*Med. Lic.*

**BVDISSÆ, LITERIS RICHTERIANIS,**





\* \* \*

SOL. ET. SCVTVM. EST. DOMINVS. DEVS. GRATIAM.  
ET. GLORIAM. DABIT. DOMINVS. NON. COHI-  
BEBIT. BONVM. AMBVLANTIBVS. JN. JNTEGRI-  
TATE. FELICES. TER. ET. AMPLIVS. QVICVN-  
QVE. CONFISI. IN. SOLO. TRINVNO. DEO.

PL. LXXXIV, 12. 13.



Ribus in adversis, mala cum quamplurima,  
mundo,  
Nubibus ex diris, tonitru vel fulmen ab axe  
Commoti Boreæ, vel barbara tela minantur;  
Cum, quas pertulimus clades, passique rapinas

A victore, bonis spoliis opibusque superbo;  
Denique cum flammis absorpta domestica tecta,  
Sub quibus immissum frigus depellere cives,  
Paupertatis onus fortes tolerare putarant,  
Proh miseram faciem! non dememinisse valemus;

Nec



Kapitel 78N 33 [18]

AV



Nec mora, cūm febrī mortisque fatellite morbo  
Sublatos homines ex urbibus, horrida strages!  
Ignari, nobis quæ mors, quæ busta supersint,  
Attoniti propius pernoscimus atque videmus:  
Spemq; metumq; inter dubios incognita turbant,  
Incertos quò fata ferant. Sed credula Vitam  
Spes fovet, ac Domini jussu qui fata gubernat,  
Quem penes est unum vasti custodia Mundi,  
Qui non immodicè victori laxat habenas,  
Qui vanos ausus tumidos nifusque retundit,  
Vel nutu solo, Domini cum venerit hora,  
Tunc fore, placata Divini Numinis ira,  
Gratia ut & mentes nostras Divina serenet.

Hinc genibus pronis, dextris sursumve levatis,  
Volvimur ante pedes Domini, sanctoque scabello  
Allapsi, longe queis ipsa superbia cessit,  
Promissi memores non frustra vota futura:  
Vota simul pro Rege, Viris dare jura potenti,  
Pro Patriæ Patribus qui curant Legibus Urbem,  
Pro populo Patriæ cui propugnacula muri,  
Vota precesque animo conjuncti fundimus uno.  
Ipse DEVS linguam moderare, ut grata petamus,  
Atque Tuas laudes nunc & per secula canamus.

Ingruat ergo mali tempestas, Sole JEHOVA  
Gaudemus. Quamvis mucrones atque sarissæ,  
Exitium præsens, violentaque tela, minentur;  
Irruit hoc frustra: Tutī requiescimus umbra  
Invicti scuti, quod Numen ab axe superna  
Prætendit, quò collisā hæc truculenta fatiscunt.  
Ipse suis oculis tenebras dispellit & aufert,  
Gratia ab Hoc Solo rivis largisque fluentis  
Descendit, pavidas mentes ut copia palcat.  
Sicque bonum verè nobis non deficit ullum,  
Integritate minus simulatâ Numine fisis,

Et



Et promissorum firmo fundamine nixis,  
Fac saluum Regem, DEVS Optime! Regna tuere,  
Regna Tuo nutu Tanto parentia Regi.  
Regna Tui Verbi missis Præconibus usque  
Illustra, longè qui dogmata sacra propagent.  
Fac saluos Patriæ Patres, DEVS Optime! Quorum  
Vel noctu in curas animus diducitur omnes,  
Nec fruitur somno, casu concussus acerbo.  
Da DEVS! his pulsus stabili quò pace fruantur,  
Atque Tuis donis ultra lætentur abundè.  
Redde, DEVS! vires animi, concede valorem  
Corporis, ut, si consilium vel munia poscat  
Publica seu privata Salus, TE Præsides, ruptis  
Et victis remoris, FELICITER OMNIA CEDANT.

Inprimis dudum meritis quos CONSVL Ho-  
nores  
HENNIKYVS, Viridem Patriæ Aeratemque Vi-  
rilem,

Grandia suscipiens & multa negotia, sacram  
Qui fecit, sic ut successerit ipsa Senectus,  
Accipit hos meritò. Cinguntur Tempora Lauru.  
Lætantur Cives. Capiti reverentia Cano  
Maxima defertur. Venerantur Numen & Omen,  
Quotquot amant Patriam: Vicibus quod Numi-  
nis Ipse

Fungatur, summâ cum Dexteritate Fideque.  
Da DEUS, ut multis lustris hæc Vota perennent.  
Sit bene BUDISSÆ! Patriæ Veneranda Corona  
Floreat in feros annos, & adaucta Senectus  
In Sobole firmas videat Spes usque renatas.  
Singula sic bene volventur, fientque levata  
Numinis auxilio, Patriæ suscepta Saluti.  
Gloria quin DOMINI toto celebrabitur orbe,

salutem enim Patriæ hinc sumitur

78 N 33 [18]

Kapsel

VD 18

ULB Halle

007 526 806

3









AVXILIVM DEL PATRIBVS PATRIÆ  
OPERETVI VSQVE. SENATVS VIVAT!

Votum Devotum:

circa delatos,

*Liberà Splendidiſſimi Ordinis Senatorii Electione,*

**FASCES CONSVLARES  
V I R O**

*Præ-Nobiliſſimo, Ampliſſimo, atque Conſultiſſimo,*

**DOMINO  
THEO  
ANNICKY,  
DE REPVB. PATRIA  
MERITISSIMO,  
FORVM MÆCENATI,**

*vice ſancte mihi ſuſpiciendo:  
ſuſcepti Regiminis Luce  
XXIX. Jan. MDCCXI.*

*ut feliciffimam DEVS faxit,  
recum & ſuſpiriorum thuribus,  
animitus oblatum*

*ſtylo tenui  
Cultoris & Clientis humilimi;  
leſtini Amandi Printz,  
Med. Lic.*

**ISSÆ, LITERIS RICHTERIANIS,**

